



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon  
Dialogus. Antonivs Dialogus. Activs Dialogus. Aegidivs  
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,  
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

**Pontano, Giovanni Giovano**

**Venetiis, 1519**

A grestitatem potius quàm Rusticitatem opponendam esse Facetudini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12960**

*A* grestitatem potius quam Rusticitatem opponendam esse Facetudini.

Sed nesciam quomodo Rusticitas vim ipsam parum omnino implet, eaq; conuenientius Urbanitati opponitur, quæ species quædam est, quam Facetudini, quæ genus ipsum representat, ipsaq; Rusticitas in iocis uersari potius rusticis uidetur, perinde ut in urbanis Urbanitas, quam ut Facetie sit opponenda. Neminem tamen ab opinione sua, suaq; assententia deterrenuis, dum tamen æquo patiaturo animo Facetudini nos *A* grestitudinem opponere, ac Faceto *A* grestem, id quod Aristotelicum fortasse uerbum magis innuit, & Horatius è nostris, cum ait, Rusticitas *agrestis* et inconcinna, grauisq;. Ad rusticitatem enim addidit & *agrestem*, & inconcinnam, & grauem, ut *agrestem* dicens rigiditatis vim rusticitati adiungeret, & incultam, ac grauem *agrestitudinem* uocans declararet, qualis ipsa esset. Itaq; ut à forti fortitudo est deducta, sic ab *agresti* *agrestitudinem* deducentes hanc ipsam facetudini opponemus, Quæ ratione id efficitur, ut *agrestitudo* ipsa & rustica sit admodum & inconcinna, perq; quam grauis ac molesta. Perinde ut è regione facetudo est urbana admodum, & undiq; concinnata, eademq; perquam suavis & gratulosa. Quis enim inficias eat, rura qui inhabitent & colant, rusticos appellandos, perinde ut qui urbem incolant, urbanos? At *agri* cum à cultu humano plerumq; propter sinu uastitatem squalescant, magisq; à feris frequententur, quam ab hominibus, inde *agrestitas* ipsa feris si melior quam hominibus, & feras res Græci, ἀγρία uocant. Quo arcet *Agrestitudinem*, uel si fortasse magis te *Agrestitas* delectauerit, extremum alterum Facetudinis esse uolumus.

#### De *Agresti*, & *Agrestitudine*.

*Agrestis* autem proprium est uiri tum abhorreere à dicendis facetiis, atq; à iocando, tum etiam ab audiendis quæ cum incunditate dicantur. Quamobrem huiusmodi hominum consuetudines difficiles sunt, & parum gratae, uitq; eorum tristior, nec omnino sociabilis, ut uideantur cum natura ipsa parum consentire, quæ ut somnum dedit animalibus ad recreationem sensuum omnium, sic tribuit homini & locutionem, non ad utilitatem modo conciliationis, atque ad eam conseruandam, uerum etiam ad recreationem laborum ac